



940
OBSERVATIONES 1797, 22.
IVRIS MATRIMONIALIS

QV AS

ILLVSTRIS I. CTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. IACOBO FRIDERICO KEESIO

SVPREMAE IN PROVINCIA CVRIAE, CONSISTORII ELE-
CTORALIS ET FACVLTATIS IVRIDICAE LIPSIENSIS NEC
NON IVDICII PROVINCIALIS IN MARCHIONATV LVSA-
TIAE INFERIORIS ADSESSORE

D. XXIII. FEBRVARII A. O. R. MDCCXCVII

IN AVDITORIO I. CTORVM

H. C.

PVBlice TVEBITVR

IOANNES CHRISTIANVS WELKER

LIPSIENSIS

LIP S I A E

EX OFFICINA KLAVBARTHIA

ORGANISATION

VEREIN DER ...

VEREIN DER ...

VEREIN DER ...

VEREIN DER ...

VEREIN DER ...

VEREIN DER ...

VEREIN DER ...

VEREIN DER ...

VEREIN DER ...

VEREIN DER ...

VEREIN DER ...

VEREIN DER ...

VEREIN DER ...

VEREIN DER ...

VEREIN DER ...

VEREIN DER ...

VEREIN DER ...

VEREIN DER ...

VEREIN DER ...

VEREIN DER ...

VEREIN DER ...

VEREIN DER ...

VEREIN DER ...

VEREIN DER ...

VEREIN DER ...

VEREIN DER ...

VEREIN DER ...

VEREIN DER ...

VEREIN DER ...

VEREIN DER ...

VEREIN DER ...

OBSERVATIO I.
VTRVM MORBVS SONTICVS IVSTA SIT
DIVORTII CAUSA?

Antiqua saepiusque inter Theologos aequae ac Iurecon-
sultos agitata controuersia est: vtrum praeter causas di-
vortii in sacro codice admissas aliae ob eandem forsitan ra-
tionem salutemue coniugum interuenientem respici que-
ant? Aliis ob legem diuinam primaeuae coniugii institu-

A 2

tionis

tioni adiectam negantibus, aliis cauta cum restrictione, aliis liberius nimia animi leuitate abreptis exitiue in rem publicam inde redundantis ignaris affirmantibus.

Sic, vt hoc vtar, furor siue ille animi status, quo vel continuo vel ad certa temporis interualla sui impotens est cumque impetu ineptit an matrimonii vinculo continuando ita obstet, vt illud merito sit dissoluedum, quaeritur. Affirmantes quidem sententiae rationes non modo in l. 124. ff. de regul. iur. quaerunt, qua furiosus absentis loco habetur, ac propter absentiam hancee moralem aequae ac propter physicam diurnam cumque animo non redeundi coniunctam coniugium dirimendum existimant, sed etiam in eo ponunt, quod contumax debiti coniugalis denegatio ad diuortium decernendum sufficiat eaque propter insaniam coniugis eo magis eundem tribuunt effectum, quo euidentius vtroque casu altera pars coniuge destituitur ac sine matrimonii triplici illo, sobolis nimirum procreatione, libidinis porro extinctione ac mutuo denique adiutorio priuatur.

Ante

Ante vero quam huius sententiae veritati indagandae et stabiliendae laborem nostrum impendimus, monendum, nos minime de furore, quo ante copulam sacerdotalem laboravit coniux cuiusque notitiam altera pars non habuit, sed de eo loqui, qui post coniugium rite alias initum apparuit quamque miseriam futuram nosse haud potuit coniugum alter sanus. Illum etenim matrimonii non dissoluendi, sed ob defectum consensus pro nullo plane declarandi causam iustam esse nemo ibit inficias.

Quid vero de furore superueniente statuas, non satis expeditum videri possit. Ac primum quidem quod ius civile attinet praeter *Leonem Philosophum* et *Nicephorum Botoniatae* alium Imperatorem, qui de hac divertendi causa legem scripserit, inuenimus nullum. Ille autem Nouella CXI. et CXII. furorem coniugis superuenientem matrimonium solvere statuit, si nimirum vxor per triennium, maritus per quinquennium hoc morbo laboret. Hic vero, Nicephorus, constitutionem de dissolutione matrimoniorum ob furorem coniu-

gis edidit, cuius mentionem tantum facit *Balsamo* ad Nomocanon. Phot. Tit. 13. p. 1134. in Biblioth. Iur. Canon. vet. Iustelli. Qua verum maximam partem carent in foris auctoritate *Leonis* Nouellae, quod vberius docuit *CASP. ACHATIVS BECKIVS* in Diff. de Nouellis *Leonis* earumque vsu et auctoritate cum animaduersionibus Illustr. *CAR. FRIDER. ZEPERNICK*. Hal. 1779. 8. et *IO. THEOPH. SEGERVS* in Diff. de *Leonis* Philosophi constitutionum non nullarum auctoritate. Lips. 1767. 4. eadem deest *Nicephori* constitutioni citatae, corpori quippe iuris ciuilibus tum temporis, quo in Germaniae foris recipiebatur, nondum additae.

Iuris ecclesiastici placita quod attinet in duabus iure diuino expressis diuortii causis, adulterio nimirum et malitiosae desertioni quae insunt, subsistit, adiectis tamen ex iure non scripto ob rationis legis diuinae paritatem insidiis vitae structis praefractaque debiti coniugalis denegatione. Nec me moratur, quod *IO. BALTHAS. WERNHERVS* in *Observation. Forens.* Part. IV. *Obseruat.*

feruat. 6. infidias vitae coniugis struere iustam esse divortii causam neget; quis enim tam coecus est, quin videat maiorem adeo perfidiam reperiri in eo, qui dirum consilium occidendi coniugem exequi studet, quam qui cum persona extranea corpus miscet.

Furorem vero aut alium morbum grauiorem vel adeo contagiosum quod attinet, praepremis respiciendum est: vtrum ita comparatus sit, vt fines matrimonii omnes supra memoratos excludat, porro an ex artis medicae peritorum iudicio spes recuperandae olim sanitatis omnis euauerit. Horum enim vtroque posito haud me poenitet adstipulari sententiae AVGVSTIN. LEXERI in Meditat. ad Pandect. Spec. 315. Med. I. hocce non ex suo, sed ex legum sane ingenio ponentis principium: Quicquid omnes tres propter quos matrimonium institutum est, fines et effectus, mutuam scilicet adiutorium, procreationem sobolis et extinctionem libidinis penitus et in perpetuum tollit, hoc ad matrimonium dissoluendum sufficit. Cui sententiae calculum praeter ea adicit

CHR.

CHRISTIANVS WILHELMVS KÜSTNERVS in notis ad DEYLINGII Prudentiam Pastor. P. III. Cap. VII. §. 26. not. y. et IVST. HENNING. BOEHMERVS seu potius IO. FRIDERICVS KAYSERVS in Diss. de iure principis euangelici circa diuortia. Cap. III. §. 26. cui tamen in eo, quod Ibid. Cap. II. §. 6. matrimonium, a sacramenti notione quamquam alienissimum, negotium civile et humanum iure reliquorum contractuum plane censendum habeat, quo minus adstipulemur, institutio et lex vetat diuina Genes. Cap. 1. et 2. Matth. Cap. XIX. v. 6. I. ad Corinth. Cap. 7. v. 15. qua quippe opus non magis fuisset ac praeceptis indolem huius vinculi desinientibus, si ad conventionis alius humanae ideoque mere arbitrariae regulas integrum reuocandum esset argumentum.

Quo minus vero ab hac legis diuinae interpretatione extensiuā, quam quoque approbat Illustr. GEORG. LVDOVIC. BOEHMERVS in Principiis Iur. Canon. Lib. III. Sect. II. Tit. 8. §. 429. abhorream, etiam hoc mouet, quod Christus in noui foederis tabulis potissimum

~~INCIPIT~~
 mum licentiam Iudaeorum in dimittendis extra iudicium
 nec causa cognita vxoribus coereuisse videatur, id quod
 praeclare, more suo, docuit Summe Reuerendus Io.
 GEORG. ROSENMÜLLERVS, Patronus Venerandus,
*in der Anleitung für angehende Geistliche zur weisen und
 gewissenhaften Verwaltung ihres Amtes*, Ulm. 1778. 8. §.
 144. p. 206. et IVST. HENNING. BOEHMERVS in Iure
 Ecclesiast. Protestant. Lib. 4. Tit. 17. §. 3.

Ne vero rerum sic iudicarum vsus desit, addo eam-
 dem sententiam in Consistorio Lipsiensi esse receptam; sic
 enim nuper in causa F. contra vxorem pronunciauimus:
*Diweil aus dem medicinischen Artestate fol. 18. dass die Ver-
 besserung des Leibes- und Gemüthszustandes der im Armen-
 hanse zu Waldheim aufbewahrten C. D. F. nicht zu erwar-
 ten sey, genugsam abzunehmen ist, mithin keiner von den
 Endzwecken der ehelichen Verbindung erreicht werden
 kann, hiernächst die von I. G. F. in dem Verhörstermine
 fol. 25. angeführten Gründe (vxoris per quadriennium ob
 furorem catenis vinctae recuperandam sanitatem frustra ex-*

B

pecta-

pectauerat maritus) zur Unterstützung seines Suchens allerdings gereichen, so ist die zwischen nurermeldeten beyden Personen vollzogene Ehe zu cassiren und aufzuheben, inmaassen Wir dieselbe Kraft obrigkeitlichen Amts hiermit cassiren und aufheben, es bleibet auch dem benannten F. anderweit sich zu verehelichen billig nachgelassen.
V. R. W.

OBSER.

OBSERVATIO II.**SPONSALIA INTRA TEMPVS LVCTVS****VALIDE INEVNTVR.**

Matrimonium, quod ex purioris religionis nostrae principis sacramentum haud habemus, sicuti cum ob instituti auctorem diuinum tum quia eius obiectum, liberae nimirum personae, in commercio haud sunt, pro contractu haberi nequit, ita et pactum maris et feminae de matrimonio inuicem incundo, quod sponsalia dicimus, peculiari-

B 2

bus

bus iuribus iisque a reliquis conuentionum speciebus admodum diuersis fruitur. Quorum iurium singularium uero fines eo accuratius sunt regundi, quo minus contra iuris ecclesiastici placita aut similitudinem extendi aut constringi queunt.

Quod sponsalia nuptiis prioribus uel morte uel diuortii sententia sublatis ineunda attinet, his quidem iure canonico, quo minus statim iniri possint, nihil impediti obstat, quid? quod tempus luctus, uiduae ex legibus romanis praefixum illo quidem iure secundas nuptias haud moretur. H. BROUWERVS de iure Connub. Lib. 2. C. 19. n. 7.

Vxori post mortem mariti superstiti leges romanae intra tempus luctus nuptias inter alias coërcitiones sub poena infamiae interdunt, l. i. 8. et u. §. i. ff. de his, qui norantur infamia. l. i. et 2. C. de secund. nupt. iura canonico-pontificia uero matrimoniis longe maxime fauentia, ab hac saluti publicae tantum non semper infesta poena

poena quidem recedunt Cap. 4. et 5. X. de secund. nupt.
 Conf. quae ad haec loca commentatus est Io. LVDOV.
 ERN. PÜTTMANNVS in Probabilibus iur. ciuil. Lib. 1.
 Cap. 17. ea tamen quibus hodie vtimur aliis poenis prae-
 stitutis nimiam hanc secundarum nuptiarum festinationem
 prohibent.

Quod quidem haud ex odio, quo leges ecclesiasticae
 veteres ex patrum prae primis doctrina vltiora vota in
 vniuersum premunt, adeo vt GRATIANVS in Decreto
 Can. 9. C. 31. qu. 1. secundas nuptias honestam fornicationem
 nominare haud erubescat, originem ducit, ve-
 rum ex naturali ratione, quum vnicuique pateat, viduam
 non modo contra reuerentiam marito debitam impinge-
 re, si hoc vix paucos ante dies vel septimanas mortuo,
 statim ad vltiora prouolet vota, sed etiam grauida for-
 san ex defuncto marito vidua sanguinem turbari partum-
 que incertum reddi, viduum vero, in quo quamquam
 posterior ratio cessat, decori tamen, quod in ciuitate
 bene ordinata numquam negligi debet, placidas leges

violare, qui nimis ad nouas nuptias ineundas prope-
rando se minus iacturam coniugis demortuae lugere,
quam affectibus satis faciendis studere palam significat.

Tempus itaque certum leges nostrae ciuiles pari-
ter ac ecclesiasticae ex causis iam allatis viduae tamen
solum, ac illae quidem sub initium ciuitatis romanae
decem menses, quibus annus a Romulo descriptus erat,
OVIDIUS Lib. I. Factor. v. 35. et 36. postea annum
I. 2. C. cit. definituerunt; legislator Saxo Serenissimus ve-
ro et viduo semestri spatium praefixit, ad cuius finem
vsque vltiores nuptias iniri nefas, ita tamen, vt matri-
monium ipsum currente luctus tempore contractum haud
quidem nullum, coniux isque huius legis violator au-
tem poenis infra commemorandis obnoxius sit. *Ebeord-
nung vom 10. Aug. 1624. Art. V. Cod. Aug. Tom. I. p.
1019. inserta.*

Iam cum sponsalia siue pactum de ineundo matri-
monio nuptias praeparent ideoque si intra tempus luctus
cele.

celebrentur, uecorum etiam, quamquam non aequè gra-
uiter uolent ac ipsae subsequentes lugentis nuptiae, non
possunt non leges sponsalia post prioris coniugis obitum
nimis festinata uetare.

Quid uero si quis spreta hac iurium sanctione de
novo matrimonio ineundo pactus sit, cum lugere ad huc
coniugem defunctam deberet? Sponsalia haec elapso
nondum luctus tempore sacerdotis benedictione haud
consumari debere clara legis matrimonialis citatae uerba
nos docent: — „So wollen Wir, daß kinsübro ein
Wittwer zum wenigsten ein halbes, eine Wittwe aber
ein gantzes Jahr ihre Trauerzeit halten und vor Ausgang
desselben sich wider zu uerehelichen oder Hochzeit anzustel-
len nicht Macht haben sollen,“ numne uero ad matrimo-
nium luctu deposito ineundum obligent, an ipso iure nulla
sint? in hac quaestione decidenda magni ceteroquin no-
minis iure consulti in diuersas abeunt sententias. Quorum
rationes eo accuratius conferendae atque excutiendae ui-
dentur, quo magis diuersi iuris effectus inde propullulant.

Inter

Inter iureconsultos, qui sponsalia intra tempus luctus inita nulla dicunt, eminet CHRISTIANVS WILHELMVS KÜSTNERVS in notis ad DEYLINGII Prudentiam pastorem P. 3. p. 583. not. n. qui argumentum a prohibitis luctus tempore nuptiis petit, idem scandalum ab iis, qui lugentes sponsalia, quam qui nuptias, contrahunt, incurri credit idque ob rationem legi adiectam hanc: „*daß etliche ihrer abgestorbenen Ebegatten allzu zeitlich vergessen und mit Aergerniß wiederum zum Ebestande eilen,*“ iuris porro analogiam ducit a sponsalibus in gradu prohibito aut ab iis, qui in matrimonio adhuc viuunt, cum soluta alia persona initis, quae quippe sine effectu sint.

Haec quidem sententia iam olim placuit BEYERO in Diss. de concubitu intra tempus luctus. Lips. 1700. in EIVSDE. Differtation. et Opusc. p. 67. sqq. ac in Consistorio Lipsiensi recepta. Ita enim nuper in causa H. contra F. pronunciauimus: *Die weil aus Klägers eigenem Anführen beym 12. 15. 19. und 27. Beweis. Articul sich deut-*

deutlich ergibt, daß das vorgegebene Ehegelöbniß innerhalb des Trauer-Jahrs mit Beklagter geschlossen seyn soll, folglich an sich selbst ungültig und keine Verbindlichkeit haben kann, Beklagte auch diese Einwendung vorgeschützt; so ist selbige von der angestellten Klage zu entbinden und loszuzählen, beyderseits aufgewendete Unkosten aber sind gegen einander zu compensiren und aufzuheben.“

Ego tamen, si verum modeste fateri licet, numquam a me impetrare potui, vt eiusmodi sponsalia ipso iure nulla esse credam, potius obligationem nuptias finito luctus tempore consummandi producere dixi *in meinem Handbuch des protestantischen Kirchenrechts nach den neuesten, besonders kursächsischen Gesetzen. Leipzig. 1791. 8. p. 153. sq.* his quidem rationibus motus.

Primum nec ius romanum nec patriae leges vllibi sub poena nullitatis sponsalia intra tempus luctus iniri prohibent, idem vero scandalum, ac nuptiis, a lugente incurri recteque argumentum a sponsalibus in gradu prohibito aut

C

ab

ab iis, qui matrimoniali vinculo iuncti sunt, celebratis peti
eo confidentius nego, quo minus turbandi sanguinis in-
certique partus metus in iis adest quoque luculentius ap-
paret, promissum in gradu prohibito absque principis dis-
pensatione vel viuo altero coniuge matrimonium promit-
tentem per ipsius negotii naturam ex nullo unquam certo
tempore obligare posse, sponsalia contra a coniuge super-
fite eoque lugente inita vim sponsaliorum post certum
tempus, finito scilicet luctu, consummandorum ex pacti
indole omnino habere.

Quae obligatio pactitia tamdiu firma rataque censen-
da, donec lex postitua eius vim infringit eamque nullam
declarat. Ut taceam, legem libertatem naturalem restrin-
gentem ideoque odiosam uti haec nostra: intra tempus lu-
ctus nuptias ne contrahas, ultra litteram ita extendi haud
posse, ut sponsalia adeo durante luctu celebrata nulla dicas.

Ceterum si rationibus minus, quam auctoritate iure-
consultorum res transigenda videatur Ios. LUDOV.

ERN.

ERN. PÜTTMANN in Aduersariis iuris vniu. Lib. 1.
 Cap. 10. MICH. HENR. GRIBNERO in Cent. Obseruat.
 For. Eccles. Th. 8. atque BENED. CARPZOVIO in Iuris-
 prudent. Consistorial. Lib. 2. Def. 161. mecum consentienti-
 bus testimonium denuncio.

Quamquam itaque sponsalia intra tempus, quo luteri
 debet coniux demortuus, celebrata obligationem ad matri-
 monium finito luctu consummandum omnino producent,
 violatio tamen haec reuerentiae defuncto coniugi debitae
 atque decori haud impune suscipitur.

Poena quidem infamiae, quam Quiritum placita vi-
 duae intra tempus luctus alii nubenti minantur, non nocet,
 si sponsa solum fuerit, l. 10. §. 1. ff. de his, qui notantur
 infam. Synopsis Βασιλικῶν Lib. XXI. Tit. 2. Cap. 5. et
 quamquam hodie haec poena plane cessat, quin tamen ar-
 bitrarie haec festinata nimis matrimonii promissio punienda
 fit; non ambigendum. Recte enim BENED. CARPZO-
 VIVS l. cit. eiusmodi sponsalia honeste contrahi negat ac
 leui-

leuitati eorum, qui lugentes ad vltiora vota properant,
haud indulgendum esse existimat.

Poenam vero leuiorem, immo leuissimam, vel ideo
irrogandam censeo, quia iure, quo hodie vtimur, stuprum
ipsum a viduo viduae lugente commissum teste CAR.
FERDINANDO HOMMELIO in Rhapsodia Quaestion.
Obserrat. 119. non nisi quatuor aut trium adeo seprimana-
rum carcere coercetur.

Leipzig, Diss., 1797

X 2309032

1078



9402

1797, 22.

OBSERVATIONES
IVRIS MATRIMONIALIS

QVAS

ILLVSTRIS I. CTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. IACOBO FRIDERICO KEESIO

SVPREMAE IN PROVINCIA CVRIAE, CONSISTORII ELE-
CTORALIS ET FACVLTATIS IVRIDICAE LIPSIENSIS NEC
NON IVDICII PROVINCIALIS IN MARCHIONATV LVSA-
TIAE INFERIORIS ADESSORE

D. XXIII. FEBRVARII A. O. R. MDCCXCVII

IN AVDITORIO I. CTORVM

H. C.

PVBLICE TVEBITVR

IOANNES CHRISTIANVS WELKER

LIPSIENSIS

LIPSAE

EX OFFICINA KLAVBARTHIA

